ut in uerso iordinatio aliq sequere: cui? sicut sola fides docet. et non aliq humana ro. Ad igit i qstioe ubi querit an deo possit infirma facere: dicitur est post exemplum de circulo plura beo: qui non mouet. no quia circulus: s; q; plura beo. Si igitur infirmus actu ee possit fm rei nam et h; mea opinionem no placet nobis. no. n. opinamur hoc possibile ee: cu eius oppositum docuerimus in prima parte summe.

Explicit opusculi. 72. sancti Thome de Aquino de concordantijs doctoru suoru in quib; aliq; videbat ipsuz seipso contradicere: licet ita non sit recte intelligenti eius mellissimam et profundissimam doctrinam.

De usuris coi et de usuraz pccib;. Opus. LXXIII. C. Prohemium.



Homo nã nã d gene rã s vitate amat et ea scire sup oia desiderat. Quã si q; co cupiscit vo corde: et eas q; herit in simplicitate cordis sui: ipsa seipaz manifestabit: et de q; hoc pmitit veraz est: et eas pber diligeb; se sicut scriptu est Sap. 6. Ne occupat eos q; se co cupiscunt: vt illis se por ondat. Et ecclij. s. Fili cupiscens sapiam accede ad illam: et dñs pbebit eam tibi. Inuoco g; ipsaz me me errare pmitat in piculu aie mee et in laqueu alioz: sed illumine digne oculos caligosos ipso suo lumine: sine quo nemo valet ad lumen veritatis vsque: quazq; peringere. Amen.

Quã vo in dubijs: quoz vitas agnita salutaria est: ico gnita piculuzigerit humane salutariad modum vule est vitate inuestigare. Et pib; nris audiuim; multas prouerfas iter doctores no solum in nãlib; qonib;: veru etã in moralibus: in qb; piculu est diuersa sentire et opinari: et pcpue in illa pte iustitie que comutativa d; a phis. Et i ista parte eiusde que vitu vsure colibet. No circa hac mãz vitate de clarare et dubia elucidare qstio de donauerit et nrlabor conamine paupis inuestigatiois nre attingere poterit in opere propositum nostrum est.

In pms igit iquirẽdũ est: qd noie vsure in coi significet et quot modis accipiat apud doctores. Secũdo de mã ei; ppria et diuersis modis et spib; ipsi;. Tertio de actib; hã nris: circa quos et p quos icidit. Quarto an sp sit p se malu et vii malu in ea. Quinto de trãstatioe vsurari. s. vtri trãst ferat in eis dñi. Sexto vtri ratio dubij vel periculi valeat excusare vitu vsure in istis pccibus in qb; fm aliquos est vsura. Septimo quando conditiones personales et reales habeant excusare vsuram.

Deinde ingredũ est de vitio vsure. Et pmo qno icidit et qn no solum in mutuo: s; et in coi in pccib; veditiois et emptiois. Scdo vtz in emptioe redditu ad vitaz icidat vitu vsure. Tertio de diuitib; q siluas vedit ad terminum carius q; valeat in tpe veditiois. Quarto de his q comittunt alijs mercatorib; suã pecuniã: et alia bona: vt lucentur ex eis p tertia vel media portioe lucri. Quinto de bõis orphanoz q comittunt tutorib; vel parib;: vel cõitantib; villa rã ad lucru salua sorte. Sexto de capsozib; et comutatioe campforia vtz i ea sit vitu vsure. Septimo d mercatorib; q pmitit se soluturos in nudinis p socijs remanẽtib;: q; paratam pecuniã acceptant ab eis alterius generis: que in nudinis non tñ valebat.

Post hec qref de restitutioib; vsuraz. Et p qre fieri debet. Scdo cui vlt qb;. Tertio a qbus. Quarto qliter. s. vtri publice vlt puat. Quinto vtz eedẽ res nuero: aut tñ equa lens. Sexto vtz fruct; et puent; ipaz sint restituẽdi. Septimo vtrum cogi debeant et qno.

Quã uid nomine vsure significetur. CAP. I. Tonia aut scia hãna a signis ad res et a sensibilib; ad itelligibilia pcedit: sicut experientia docet et auctoritas phisica cõfirmat: et modic; error in pncipijs seu ignorantia ipsoz maximũ in psequitioe ad finẽ gnat errozes. iõ de vsura veritatem scire volentes necesse habemus prius in telligere: qd noie vsure significet apud auctores. Cum. n. noia sint signa rez et ipsas res nobiscũ ferre no possimus in disceptatioe vitatis ipsaz. iõ ipso noib; p reb; vretes

necesse hẽmus scire: qd ipsa noia significant. Usure vo nomen fm gramaticos ab vsu dr. Et significat pmo suo itellectu rem q; p vsum alicui; rei acqrit: sicut usura ab actu radedi: et tonsura ab actu tondendi est dicta. S; q; gramaticus circa signa pncipalr vsat: no pp res que significantur: s; pp modũ significãdi quem ex se denotat. vbi gra. q; aliq; p modũ sube: aliq; p modũ accitũ sube: aliq; p modũ actus: aliq; p modũ accitũ actus: signum attribuitur. iõ ipse voces a phisicis auctoribus magis referunt ad designandas res aliquas determinate: has vel illas in aliquo gte rez: ppter qd cum frequẽter a phisico vel a logico no istituant voces significãtes fm numerum reruz: q; ars no coequat nam; ptingit q; phisicus vel logicus vna voce res plures designat. Et sic fit euocatio vocũ. Aliq; vo ipam vocem q; ex vocis sine pprietate aliq; gñaliter et vlt signifi catiad aliq; rem spãlem ipse phisicus designãda determinat. Et hoc est aliq; p similitudine a liq; aliq; p pñarium. vbi gra. Nomen apli ab actu mittendi generaliter dr: tñ theologus: hoc nomen determinat ad missos spãles xpiz: ad huc singulariter ad psonã pauli: qñ sine adiectione dr. phisicu vo vel phm noiam: q; de reb; phisicis: nã: sive mathematicis: sive theologice. Et logicũ noiamus qui de simonib; et signis qlitercuq; pñderat. Et p istum modũ nomen vsure accipitur a nãlib; vel moralibus phisicis: et ab auctoribus diuis ad designãdũ rem determinatam ex vsu rez puenientem: fm quãdã singularẽ vsus rãtionem. Cũ aut iure nãlis omnis res q; in vsum hois venit: ex nã vsus minuatur magis q; incrementum pariat: et maxime in materia eris hoc appareat. iõ et vsura fm rãtionem ppria dicta est res que ex vsu eris acqrit: ppter qd dicunt phis vsuram dicitã: quasi vsu eris acqritam. Cũ et illud ps. 14. Pecuniã suã no dedit ad vsuram. Theologi vo considerantes iustitiam in iustis rones: subtilius exponẽtes noia hec designantia large extendũt hui; nois significãtiones ad incrementa que pueniunt ex vsu oium rez p similem vsum et rãtionem: no tñ pecunie. Et ideo vocant doctores vsurã oem supabundantia cuiuslibet rei: quã parit vsus similis ei a quo pmo dr vsura: sicut h; Ezechielis. 22. Usuram et supabundantiam accepisti: et auare pñimos tuos calumniabaris: meiq; oblita es dicit dñs deus. Et sic accipit ibi vsurã et supabundantia cuiuscũq; rei que vsure rãtionem h; significat g; pmo nomẽ vsure incrementum qd parit pecunia ex vsu suo. Secundario aut etã significat supabundantia quam parit quelib; res ex vsu suo simili cum vsu pecunie. Et ideo q; talis supabundantia aliquãdo orit ex vsu cõtra legem: ali quãdo vo ex vsu legalr: ideo et nomen vsure in scripturis sacris multipliciter accipit. Aliquãdo. n. accipit in malo: sicut quãdo fit ex vsu ptra legem. Aliquãdo vo in bono: sicut quando fit ex vsu legaliter. In bono etiam iuenit acceptum tripplr. vno modo quãdo est fm legẽ diuine caritatis: vt illud Math. 25. Opportuit te committere pecuniam meam numularijs: et venies ego recepisses vtiq; qd meũ est cũ vsura. Alio modo quãdo fm legem est fraterne caritatis: vt illud prouerbi. 28. Qui coarceuat diuitias vsuris et fenore liberali in pauperes congregat eas. Et illud puerbioruz. 19. Fenerat domino: qui miseret pauperi. Tertio modo quando fm legem est iustitie et equitatis: vt illud ps. 71. Ex vsuris et iniquitate redimet animas eozuz: et appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Pñimo modo vsure nomine designatur superabundantia pñimozuz in futura vita: respectu meritoruz vite presentis. Secũdo modo designatur superabundantia meritorum in presentia vita respectu gratie date. Tertio modo designatur superabundantia penarum: iuste debitaruz: respectu culpe presentis. Et his tribus modis dicitur vsura spiritualis magis q; corporalis. Alio vero modo dicit vsura superabundantia rerum corporalium et temporalium et fm quã nomen vsure significat vitium quoddam de genere auaritiẽ qd signit cupiditas que radix est omnium maloz. Et fm istũ modũ accipiendi nomẽ vsure condẽnat vsura cõiter a doctorib;. Cũ h; vs; q; qd significet noie vsure: et quot modis nomen vsure accipiat a sacris doctoribus.

De mã ppa vsure: de spib; et modis ei;. CAP. II.

Inc autẽ ad eam significãtionem vsure qua superabundantiam vel incrementam reruz corporalium vel temporalium significamus inuestigationem cõuertentes dicamus pmo que sit eius materia ppria: et que species et q modi. Materia vo eius ppria fm auctores inuenimus determinatã tribus conditionibus. Quomodo qd in vsum hominis venit: determinabile numero pondere et mensura est pprie et per se materia vsure. Et hoc ita de clarat. Nam enim declaratu est: q; nomẽ vsure fm q; ipsa vtunt doctores sacre doctrine in condẽnationem significat superabundantiam sive incrementum ex vsu alicuius rei pueniens. Quare cum superabundantia sit extremum respectu alicuius equi et iusti dicitur in moribus: oportet q; equum et iustum in moribus: sint determinata in rebus ex quibus superabundantia inascat que vocat vsura. Si eni ipse res ex quaz vsu dicit inascat superabundantia dñab; bilis determinate no essent in rãtioe iusti et equi: nec ipsa superabundantia determinari posset in rãtioe iniusti et in equi. Res vo que in vsum hominis veniunt determinari tantũ possunt in rãtioe iusti et equi fm tria pñdicta. s. fm numerũ: per quẽ equale et inequale determinant generaliter in omnibus rebus que discreto numero distinguunt. Et fm mensuram per quã equale et inequale communiter determinatur in rebus continuis fm q; in vsum hominis veniunt: vt triticũ vinum oleum et h;. Tertio fm pondus: per quẽ equale et inequale determinant specialr in alijs rebus: que nec numero: nec mensura ita prompte possunt equari et diuidi: sicut precipue sunt metalla et era. Nec alijs modis: nec pluribus: nec paucioribus possunt res que in vsum homini veniunt ad equitatem determinari: q; omnis res talis: aut est distincta et discreta adiuicem: aut no. Si sit discreta: cũ omnium discretoz pma ratio discretiois sit numerus: tñ necessario fm equitatem que p numeros demonstrat: opz ipsas res inquantum sunt discrete equitate determinari. Cũbi gratia. Si volumus equitate determinare inter domũ et lectum: que sunt res distincte et discrete: opz q; in aliquo numero ponamus ex timatione vtriusq;. Et si sint domus quinq; et lectus vnus. tunc equitas erit: si quinq; lecti addantur domibus quinq;. Quinq; enim cum quinq; equalia sunt. Et sic est in omnibus rebus a seinuicem distinctis et diuisis. Si autem res sint indistincte: itaz no possunt distinguui et determinari ad equalitatẽ nisi duobus modis. s. aut per mensurã aliquaz determinatã: sicut quãdo res habz quantitãtẽ per se diuisibiles et tractabiles: sicut agri pannũ et fructus terre. Aut per pondus equalitẽ: sicut quãdo res no est facile diuisibiles: et tota eius bonitas considerat in rãtioe sui ponderis: vt sunt es: ferrũ: stannũ: aurum: et argentũ. Et ideo: q; sup abundantia: quã vocant auctores vsuram: extremũ dicit. Respectu equitatis in rebus venientibus ad vsum hois: opz q; materia vsure per hec tria pñdicta cognoscat et determinet: q; extrema comunicat in materia cum medijs. Et ex hoc apparet: q; non tñ pecunie sive numismate: dicunt mãz vsure: sed etiã oes res que nuero pondere et mensura determinari possunt: et in vsu hois veniunt: ppter qd dicit scriptura. Deuteronomij. 23. Non fenerabis fratri tuo ad vsurã: pecuniã: nec fruges: nec quãlibet aliam rem. Sunt aut species vsure corporalis s; leges cõmuniter due. Una que dr cõmuniter vsura foris: que est quando aliq; incrementum ex sorte mutuata tñ queritur. Alia q; dr vsura vsuraz: q; pprie dr ipsoz fenus. que etiã hoies redãt in famẽ. De qua. 3. q. 7. Infames. si. pon. di. q. 7. Eria. Et hec dr vsura vsuraz: q; et ipse vsure que fori accidit: alias vsuras parit fm proportionẽ ad partuz fortis. Sunt etiam duo modi vsurari aliã pñdictis a iure condẽnati. s. vsura que dicebat cõtesima: que per annũ equabat forti tantum. Alia vo dicebatur emiola ab emi qd est mediu vel malu et olon quod est totũ annuz: quia p annũ pariebãt medietatez forti tñ. De his habet. 4. 7. d. cap. Quã multa. Ex his specie: sive modi eius vsura cõtingat: et que et quot sunt species: huius modi eius vsura auctores. Quã in solo actu mutui p pte accidit vsura. CA. III.

Cum autẽ videamus superabundantias partiales ex multis rebus que nec nome: nec vitu tenent vsure: vt ea que multiplicantur ex seminibus: et etiã que aliqui lucrãtur hãntis laborib;: et iustis cõtractib;: iam de clarandi sunt actus: per quos et in quibus superabundantia reruz: nomen et vitum vsure sibi acquirat. Quã autẽ pncipalr ter ex actu et per actum comutatiue iustitie: qui dicit mutuo rez dare vel accipere: superabundantia nomen habeat vsure. probatur. pmo per doctores sacre scripture. Legit eni in Exodo. 22. caplo sic. Si pecuniã mutuo dederis populo meo pauperi qui habitat tecũ: no vrgebis eum quasi extractor. Et sequit. Nec vsuris opprimes eũ. Itẽ de utrono mij. 23. Fratri aut tuo absq; vsura id q; idigerit comodabis. Cũ rãtioe vero sic declaratur. Quia cum de vsura sit sermo: secundum q; dicit incrementum ex vsu alicuius rei elicium: attendendum est q; vnusquisq; rei possit ab homine: dupl ex potest esse vsus: vt dicitur pmo possessio rum. Vnus et propius est ipsius rei vsus: quo ipsa res referatur ad necessitatem humane vite. Cũbi gratia. Calciamenti calculatio. Alius est vsus non propius rei: licet per se in sit: sed quo per ipsam rem: comutatiue acquirat alia. Cũbi gratia. Calciamenti comutatio per venditione: vel permutatiõẽ: vt cum pecuniã vel alia res per ipsaz acquirat. Cum igitur vsus primo modo dicitur per fines sibi cõuenientem determinatur: eo q; omnia que possideri possunt: propter hominis utilitatem et vitaz facta sunt et creata: consequitur q; omnis excrementa rerum: ex vsu h; rerum genita: boni rãtioe habet et no mali de se: propter qd ex tali vsu vsura que est excrementa habens rãtionem mali p se no innascat. Est ergo consequens. q; ex vsu rei secũdo modo dicte est vsus qui est ex comutatiõẽ rei ad alteruz. Cũ autem modus: adhuc dupliciter cõtingat: quia aut est ad finem cõuenientem: aut preter finem cõuenientem. Si primo modo. tunc adhuc potest fieri comutatio per modum debitum et cõuenientem fini. Et hoc est dupliciter. Vnus et primus modus est: per modum liberalitatis solum: vt in datione gratuita. Et iste modus de se nullam parit excrementã: eo q; liberaliter trãstetur ad alterũ possessio rei: et vsus ei;. Alius modus et debet est p modũ equitatis et iustitie: vt qñ aliqua res et vsus eius comutãt et trãstet p ad equitatem iustã alterius rei vel vsus ei;: sive sit p numismate: sive pro alia re: sive pro labore corporali. Et notandum q; res quandoq; simul cũ vsu eius trãstetur iuste: vt in venditione et emptione et permutatiõẽ. Aliquãdo vo solus rei vsus: et no possessio rei: sicut et in accommodatione reb; et locatis. In his ergo que liberaliter trãst feruntur iuste: si ad finem cõuenientẽ sibi trãstentur nihil reprehensibile nãlter inuenitur. Finẽ aut cõuenientẽ dicitur: vitale et necessarium vite humane. Et his concluditur: q; omnis superabundantia: ex vsu rerum per modos pñdictos innata: in relatione ad finem cõuenientem: caret rãtioe vsure. Si autem sit preter finem cõuenientem: vel debitum modum: sic est vsura. Quare oportet q; ratio vsure inueniatur primo et per se in actu aliquo pñdictorum: inquantum caret modo debito: vel sine cõueniente: vel vtroq;. Constat autem q; propius vsus rei et per se est in relatione ad finẽ cõuenientẽ. Quare cum in relatione ad finem cõuenientem omnis vsus sortiatur rãtionem boni simpliciter: consequens erit q; in abstractione a sine cõuenienti sortiatur rãtioẽz mali cõmuniter: non huius vel illius specialiter. Specialis ergo ratio vsure secundum q; condẽnatur vt vitium: no erit ex relatione vsus rei ad finẽ. Id est enim quis vsuras q; rere sicut et furari: vt habeat necessaria vite humane. Sed non propter hoc excusat a vitio vsure vel furu. Quare ex mõ in debito circa aliquem vsum rerum: accidit ratio vsure. Cũ deterea. per superabundantiam que ex mutuo rãtioẽ ne mutui accidit: vsura vtrumq; modum debituz corum pit simili: quia illa. s. superabundantia que ex collatione gratuita accidit: non habet vitium: quia non corrupit liberalitatem. Si enim corumpet liberalitatem: iam non fuisset collatio gratuita. Similiter illa superabundantia

que ex iusta permutatione seu venditione accidit: non habet vitium inequitatis. Alias enim non fuisset venditio iusta vel permutatio. Illa vero sola superabundantia: que ex mutuo: ratioe mutui procedit: liberalitatem et iustitiam corrumpit. Liberalitate quidem: quia mutui gratuitus fieri debet de natura mutui. Hoc enim significat. Luce sexto. Ad mutuum date: nihil inde sperantes. Itaque hoc significat ratione nominis: quia mutuum datur: quando meus vel tuum mihi vel tibi datur. Item iustitiam corrumpit: quia in mutuo datur redditio designat. Et idcirco ubi plura redditio: in equalitate parit. Ex his apparet quod in solo actu mutui: circa commutationem rerum. primo et per se inest ratio iustitiae: secundum quod a doctoribus proprie accipitur: ut superabundantia ex vitio rerum condennabilis. Invenit autem similitudo vitii huius in alijs contractibus: per quaedam assimilationem superabundantiarum ad hoc vitium: ut infra dicitur.

Quomodo usura est peccatum mortale secundum legem divinitam.

CAP. III.

Aliter dicitur potest adverti: unde ratio vitii in usura huiusmodi sit. In omni enim actu hominis malum accidit: aut natura: aut lege. Natura quando preter naturam actus factus ad finem convenientem nature non refertur.

Ratio enim boni a fine convenienti inest omnibus. Lege vero malum in dicitur: quod contrarium sit legi scripte vel infuse. Et utroque predictorum modorum invenit malum in usura. Nam si proprius usus rerum ad finem convenientem determinet per naturam ipsarum: etiam commutatio ipsarum que inuenta est propter usum proprium ipsarum. ad eundem finem referri debet de natura ipsius. Quare si fiat preter finem convenientem et non referatur ad finem propter quem est: erit de natura sua habens rationem mali. Ubicumque vero sit permutatio rerum propter augmentationem ipsarum et multiplicationem: iam sit preter finem convenientem: quia ubi intenditur augmentatio et multiplicatio: ibi finis convenientis esse non potest. Sed in usura in infinitum intenditur: quia quanto magis acquiritur: tanto magis intenditur: et magis rationem infiniti habet: sicut etiam determinat philosophus in primo politico. capitulo quinto. Que cumque enim sunt ad finem aliquem: finita sunt. Cum ergo usura dicat superabundantiam et incrementum ex usu rei productum: per intentionem et rationem ipsius nominis: necessario dicit id quod est preter finem commutative naturalis: que tantum est propter necessitatem vite humane: que de se finita est in suis indigentibus. Et hac ratione ponit philosophus non tantum in usura proprie dicta: quam vocant Thokos. i. partum numeris: sed etiam in omni commutativa: in qua tantum lucrum et multiplicatio rerum intenditur propter se. et non propter necessitatem vite. De qua dicit philosophus in primo politico. capitulo quinto. in fine: ubi sic dicit. Duplex quidem existit lucrativa: quam vocat crismaticam: hac quidem salpica. i. augmentativa pecuniarum propter ipsam pecuniam: hac autem iconomica. i. que servit ad regimen domus et civitatis: vel ad bonum commune: et hac quidem noetica. i. que acquiritur ut economicam servat laudata: et ideo laudata: quia finita: et ad debitum finem secundum naturam ordinatur. Translativa autem vituperata iuste. Translativam dicit alteram commutativam: per quam res transfertur de uno ad alium: non propter proprium usum rerum: et necessarium vite: sed solum gratia lucris: ut semper multiplicentur divitiae. Et quia translatio huius gratia factum est numeris: sicut dicit ibidem philosophus. ideo huiusmodi vitium magis apparet in translatione numeris: pro multiplicatione ipsorum. Et ideo sequitur: quod non est secundum naturam translatio huiusmodi: que est ad congregandum pecuniam: per translationem pecunie. Et hoc est quod sequitur. Sed ab invicem est: quia. i. translatio sit pecunie pro pecunia: et non pro alia re necessaria vite humane. Et ideo rationabilissime odio habetur talis commutatio: que dicitur obolastica. i. ubi datur obolus: id est parvum pondus et determinatum pro alio eiusdem generis ad augmentum. Et hoc odio habet: quia ab ipsa sit possessio numeris

et usus eius ad aliud: ad quod non est factum per naturam: quia factum est translationis gratia. id est ut per ipsum fieret translatio aliarum rerum: secundum quod ad vitam necessarie sunt: et non secundum quod ad congregationem et ad affectum sunt avaritie. Et statim philosophus descendit ad huiusmodi lucra: secundum quod specialiter sunt per usuras proprie dictam: quam vocant Thokos grece: id est partum latine: eo quod numeris seipsum parit in usura. i. quia propter translationem seipsum multiplicatur et augetur. In mutuo vero transfertur numeris propter se tantum: et non propter finem necessariu vite: de ratione mutui. Unde philosophus ibidem dicit Thokos autem sit numeris etiam numeris in parte. Itaque et maxime preter naturam et rationem ista pecuniarum acquisitio est. i. que per Thokos: id est in mutuo pecunie pro augmento pecunie. Et dicit maxime: respectu illius acquisitionis que fit in contractibus alijs: causa cupiditatis tantum: que mala est: et contra naturam. Sed adhuc peior est que fit per exercitium turpitudinis corporaliu. Sed ista est maxime contra naturam: quia obligat reus ad restitutionem acceptor: quod non facit nisi duo modi. Sic ergo patet: quod non inest malum in usura: propter finem: et propter naturam secundum philosophum. Alia ratione postquam ostendit in usura malum in dicitur: quod est dare mutuo cum enim mutuo dare sit actus proprius: ex cuius corruptione generatur vitium: ut in precedenti capitulo declaratum est: et huiusmodi actus sit actus liberalitatis et gratie ut ostendimus: necessario quicquid actus accidit: quod liberalitatem tollit: ipsum actum a natura sua auerit: et per consequens virtutem iustitie universalis corrumpit. Quare rationem iniurie habet: et sic rationem culpe. Quare autem dare mutuo rem suam alteri sit liberalitatis et gratie actus proprius: patet primo ex genere actus: qui est ipsa datio: que designat liberalitatem dantis. Quod autem liberalitatem tollit: aut violentiam exterioris agentis: aut necessitatem nature interioris: aut debitum importat equitatis. Quicquid enim transfertur ab uno in alium per violentiam: non datur sed aufertur. Quod autem similiter transfertur per necessitatem nature: sicut in successibus hereditatis: non datur sed relinquuntur. Itaque quod transfertur per debitum equitatis: sicut in iustis venditionibus et permutationibus rerum: et remuneratione laborum: magis redditur quam datur. Unde in illa translatione in qua actus dandi proprie debet attendi: nullo modo liberalitas debet corrumpi. Sed huiusmodi actus. s. dandi vere attendit in actu mutui: sicut probant auctoritates virisque legis. Quare si aliqua circumstantia addat hunc actum: que liberalitate dandi corrumpat: erit huiusmodi actus vitiosus et peccatus. Talis autem circumstantia additur: quicquid datio mutui sit pro alio lucro: sive in specie sive in re: eo quod illud quod pro lucro fit: non pro pura liberalitate fit. Ex quo sequitur quod semper ibi malum et peccatum est: non solum in fine sed in materia etiam ex natura propria: circa quem fieri debet. Tertia ratio etiam non minor assignatur ab alijs. Ex parte iniuste possessionis usurarum. Quicquid enim acquiritur: ut possideatur in iniuste possideri non valet: male acquiritur et male possidetur: et peccatum in acquirente et in possidente generat. Sed sic est in usura: ut declarabitur. Quare usura peccatum est. Quicquid enim sit suum de non suo sine iusto titulo: et per fraudem rei non fuerit iniuste acquiritur et iniuste possidetur. Sed in usura est res facta sua de non sua sine iusto titulo: et per fraudem rei non sit: ut patebit statim. Quare iniuste acquiritur et iniuste possidetur. In dicitur autem ostensio est. quia translatio rei de domino in dominum: non potest fieri iusto titulo: nisi tribus vitijs. s. aut per ius nature: quando. s. res devoluit a patribus vel parentibus in filios et heredes per mortem: qui modus non est in translatione usure. Aut per ius gratie et liberalitatis: quando. s. dominus rei dat gratis alteri quod suum erat. In hac autem via: videtur aliquantulum usura excusabilis: eo quod voluntarie dicitur dare dominus incrementum usure usurario. Sed hoc non valet excusare: eo quod usurarium vocamus eum qui non mutat gratis: sed pro spe alicuius incrementi: quod tunc accipit: vel spe

rata accipere. Et licet accipiens mutuo libenter det ei aliquid incrementum vel dare velit: tamen ex parte accipientis vel sperantis huiusmodi incrementum: tollit ratio gratie et liberalitatis: quantum ad ipsum a quo est actus huiusmodi. Et ideo non fit iure liberalitatis quod accipit: quantum est ex parte ipsius accipientis. Et ideo quantum ad ipsum non se iatur ius gratie. Aut potest fieri suum de non suo iure equitatis: quod est quando secundum equitatem iuris fit recompensatio alicuius rei: sicut in venditionibus et emptionibus rerum: vel laboribus: sicut quando laborantibus redditur merces laboris. Constat autem quod etiam in hac via: non potest inveniri usura: in ratione iuste possessionis et acquisitionis. Primo quia huiusmodi contractus: non habet rationem venditionis et emptionis: nec permutationis: sicut apparet ex forma verborum: et ex translatione pecunie: vel rei date mutuo: que de sui natura data est sine determinata numero pondere et mensura. Et non pendet ex voluntate transferentis: propter quod si ultra exigitur quam datur: iniusta est commensuratio. Nihil enim in re data coequatur ipsi incremento: quod ultra accipitur: non gratis: nec iure nature. Secundo etiam apparet iniustitia in acquisitione usure: quia fraude fit de non suo suum. In usura ergo est vitium sine malum: per viam fidei equitatis. Quod sic patet. Generato enim rem vel pecuniam transferens: ut per translationem aliquid plus recipiat quam dederit: semper aliqua equitatem in acceptance superabundantiam pretendit: que non potest esse nisi tempus illud in quo huiusmodi gratiam facit et expectat receptionem sortis. Et hoc patet: quia secundum prolongationem temporis: vel abbreviationem augmentatur superabundantia usure vel minuitur. Ergo fenerator de tempore recompensare intendit illud quod plus accipit quam dederat. Tempus autem commune est: nec est propria possessio alicuius: sed a deo datur equaliter. Quare huiusmodi fenerator de re non sua: et que est equaliter accipientis et dantis et gratias a deo omnibus datur intendens equare et recompensare rem acceptam fraudem facit et proximo: cuius est tempus quod sibi vendit: et deo cuius rem gratis datam sub precio ponit. Constat autem quod nec labore aliquo sit recompensatio in contractu vel acquisitione usure: quia tantum lucratur fenerator doctriens: sicut vigilans: et in diebus solentibus: sicut in festis communibus. Quare ex his omnibus consequens est: quod superabundantia usure. nullo iure vel iusto titulo acquiritur vel possidetur. Quare et malum est de sui natura et vituperabile: quia voluntate fit humana. Ex predictis etiam liquet: quare quedam usure in sacra scriptura: et etiam in legibus humanis concessae sunt tanquam licite: quia quando cumque usura potest accipi: ut sua res aliquo iusto titulo: erit sine scrupulo inculpabilis acceptio. Et hoc est: quando res violententer detinetur: et sunt aliorum secundum veritatem: per usuram acquirunt vel detinent. Quare autem malum vituperabile sit usura et quare: iam dictum est. Sed quantum et quale sit: erit declarandum. Nam secundum theologiam usura condemnatur tanquam peccatum mortale et grave. Unde Ezechielis. 18. Qui vniuersa hec detestanda fecerit morte morietur. Et enumeratur in predictis usura. Ergo usure vitium est detestandum et eterna morte dignum. Preterea. Ambrosius in libro de bono mortis. Et habet. 17. q. 4. Si quis usuras acceperit et rapina facit: vita non viuet. Sed advertendum est: quod usura differt a furto et rapina: quod furtum et rapina nullam habent speciem equitatis: eo quod per violentiam occultam et aperta committunt. Nec pretendunt in republica aliqua veritate: sed potius pacis rei publice subuersione. Usura vero aliqua speciem equitatis pretendit: quia videtur equum iustum: ut beneficio exhibito reddatur aliquod emolumentum: quod iustum rei veritatem non debeat tali beneficio aliquid ex iustitia: nisi tantum gratia: quod est benivolentia et gratiarum actio. Similiter in usura aliqua utilitas videtur pretendi et publice: quod per ipsam retinetur multe hereditates: et vitantur damna quam plurima: propter quod etiam leges humane eam permittunt et non puniunt: sicut puniunt et prohibent furta et rapina. Ex his igitur patet: quod usura sit malum et vituperabile secundum

dum lege nature: et peccatum mortale secundum leges diuinas: et quod sit spes quaedam sive modus de gherapine et furti. Quomodo in usura non transfertur dominium: secundum legem diuinam. CAP. V. C. Im autem dictum sit quod usura in genere furta et rapine continetur: ut specialis modus: et huius non potest habere rationem: nisi propter detentionem alicuius rei alienae inuito domino: non merito querit a peritis: ut usura sit vera res aliena: et non sit vera possessio accipientis. Et ex hoc communitur a doctoribus solet queri: utrum in usura transferatur dominium. Et quod huius questionis duplex reperit determinationem inter doctores: quod quidam eorum: qui theologice magis procedunt: simpliciter affirmant in usura non transferri dominium. Alii vero qui iura scripta et humanas leges attendunt: simpliciter transferri dominium dicunt. Et autem veritas secundum nostram intentionem appareat: hoc capitulum subiungimus. Que autem mouere possunt theologos asserentes non transferri dominium: sunt quedam: aut contrariae: et ex his rationes consequentes. Dicit enim beatus Augustinus ad Macedonium: et habetur. 14. q. 5. capitulo. Quod dicam de usuris: quas etiam ipse leges et iudices reddi iubet. In crudelior est: qui subtrahit vel eripit aliquid iustitiae: quam qui trucidat pauperem fenore in hec itaque atque huiusmodi: male utique possidentur. Ecce quo modo beatus Augustinus dicit: quod sicut furta et rapine male possidentur: sic et usure. Et subdit ibidem. Et vellem ut restituerentur. Sed non est restituendum: nisi quod est alienum et non suum. Quare usure non sunt in dominio possidentis. Alium enim et suum contraria sunt: et non in idem simul. Item Augustinus in libro de verbis domini tractatu. 30. Nolite velle elemosinas facere de fenore et vitiosa. Sed constat quod quilibet de suo potest elemosinas facere. Quare videtur quod usure non sunt in proprietate et possessione possidentis. Preterea. Nulla res est restituenda alicui: nisi illi qui est verus dominus eius. Quare cum vna res simul habere duos dominos non valeat a se invicem diuersos et equales: et omnis usura restituenda sit secundum legem diuinam et a quo accepta est: sicut vero domino: sequitur quod restituens non habeat verum eius dominium. Et sic non erat translatum in accipientem usuram. Contrario vero mouet quosdam legistas et iuris peritos scilicet quod secundum omnes leges: res aliena cuius dominium non transfertur: semper est restituenda vero domino eadem numero: a quocumque possideatur. Sed in usura: etiam secundum legem diuinam: hoc non iudicatur. Si enim aliquis acceperit equum: vel pecuniam: vel rem aliam quamcumque in usuram ab alio: non tenetur eandem rem numero restituere secundum leges: sed tantum sufficit si valore rei restituat. Preterea. Si fenerator equum acceptum in usuram vendiderit alteri vel dederit: constat per leges quod transfertur dominium: et quoniam competit repetitio eiusdem equi illi qui feneratori equum dederat pro usura. Sed si non esset translatum dominium in feneratorem: non posset fenerator alteri dare vel vendere transferendo dominium quod non habebat. Quare videtur in usura transferri dominium. Et alia ratione naturali: videtur idem. Quia accipiens mutuo vna et eadem voluntate mutuum petit: et lucrum sine incrementum de suo promittit. Cum ergo penitus sit voluntas qua petit mutuum libera et non coacta: erit similiter et voluntas qua promittit incrementum libera. Sed reddi debet promissum equa voluntate qua promittitur. Quare et libere incrementum huiusmodi reddetur ab eo qui est verus dominus rei. Sed si verus dominus rei transferat dominium: in quemcumque possidentem: vere transfert dominium. Quare videtur in usura vere transferri dominium etiam iure naturali. Et sic lege diuina: que non compellit ad restitutionem eiusdem rei numero: et legibus humanis que non compellunt ad restitutionem vitiarum: et non puniunt accipientes usuras: sicut accipientes res alienas: et lege nature conantur ostendere qui sunt huius opinionis: quod in usura transfertur dominium. Quare

re ergo restitui debet si non sunt res alienae? Et si sunt res alienae: quomodo vendi vel dari possunt tanquam proprie? Et his itaq; surgit non immerito dubitatio. Ad quod ut declaratur: oportet prescire: quod aliter iudicat lex divina alienum: aliter lex humana. Lex enim divina alienum dicit quod possidetur contra legem dei: qui solus est vere dominus. Et ideo omnia que eum possident ab alio si preter voluntatem dei possident iniuste possidentur: et iniuste dominus quasi res aliene possident. Et hoc expresse dicit beatus Augustinus ad Macedonium. Et habet. i. q. s. sic cap. 10. Quid dicit. Nonne omnes qui sibi gaudere videntur conquisitis: et uti ne sciunt: alienum possidere conuincimus? Hoc enim certe alienum non est: quod iure possidet. Hoc autem iure: quod iuste. Et hoc iuste possidet bene. Omne igitur quod male possidet: alienum est. Male autem possidet: qui male vit. Sic ergo patet: quod fenerator non est verus dominus usurarius: sicut nec raptor rapinarum: quia uterque male possidet. Et ideo alienum possidet non suum. Sed verus dominus id quod possidet ut dominus: possidet ut suum. Ex quo patet: quod secundum legem dei: in usura non est translatum dominium. Et ideo lex divina iubet restitutionem usurarium fieri: sicut et rapinarum. Et voco legem divinam: que in canone sacre scripture: et in decretis sanctorum patrum et conciliis continetur. Lex autem humana alienum iudicat id solum: quod preter voluntatem hominis qui dominus rerum est secundum leges humanas accipitur vel detinetur. Quare cum in furto vel rapina appareat rerum acceptio vel detentio contra illius hominis voluntatem: qui putatur dominus ab omnibus hominibus: iuste lex humana illa punit: et tanquam vere aliena restitui compellit. Sed id quod in usura accipitur vel detinetur: non videtur esse contra voluntatem dantis: eo quod nec per ignorantiam datur: nec per violentiam tollitur. Quare lex humana usuras non iudicat res alienas. Sed dubitatur adhuc ex dictis. Si lex divina iudicat usuram vere rem alienam: quare non compellit ad restitutionem eiusdem rei numero?

te feneratoris: ideo eandem rem non compellit iudex per legem aliquam restituere: nec est necesse propter causam dictam. Propter hec ergo que dicta sunt: credimus in usura non trans ferri dominium secundum legem divinam, sed tantum legem humana translatum iudicamus. Quomodo ro dubij vel piculi valeat excusare vitium usure in mutuo et alijs contractibus: et quando. CAP. VI. Clia autem quedam verba iuris inueniuntur: quibus ratio dubij et pericula euentum videntur omnino excusare usure vitium in quibusdam permutationibus et contractibus. ideo considerandum est: quando et in quibus contractibus: et quomodo valeant excusare: et quando et in quibus non valeant. Sciendum igitur in primis: quod regula est generalis apud omnes doctores et firma esse debet: quod nulla conditio siue circumstantia potest excusare aliquem actum vitiosum siue habitum: nisi secundum quod potest tollere rationem vitiositatis ab eo. Cum enim hebrei excusantur a furto de spolijs egyptiorum: hoc non est nisi quia precepto superioris domini res non sue facte sunt sue. Si igitur dubium vel periculum excusare valeant: hoc non erit nisi habeant virtutem tollendi rationem usure vere dicte. Et quia in mutuis vitium usure annexum est: ex eo quod sicut spe lucris: quod est contra naturam mutui: ideo quia dubium et periculum de sua natura non tollunt hanc vitiositatem a mutuo: quando fit spe lucris: nec dubium nec periculum excusare possunt vitium usure. Et hoc probatur per illam decretalem. Naviganti. Si enim quis pecuniam alicui naviganti commiserit mutuo: propter spem alicuius lucris: licet periculum etiam foris super se receperit: nihilominus iudicatur usurarius: etiam si totum amiserit. Et similiter si quis alicui aliam pecuniam dederit mutuo: vbi gratia. centum libras ad decem annos: ita quod si infra hoc tempus mortuus fuerit alter ipsorum liberatus sit a debito: et a mutuo qui ipsius accepit: si vero superuixerint ambo dabit post decem annos qui mutuum accepit ducentas quinquaginta libras: et qui mutuum dederat: non excusatur propter dubium et periculum ab usura. Sed vbi quisque possunt tollere rationem vitiositatis: ibi possunt excusare. Et hoc est in quibusdam contractibus. Et ad sciendum specialiter: quomodo et in quibus hoc contingere potest considerandum est circa illos contractus vel permutationes rerum: in quibus aliquid plus accipitur quam datur: quod si causa temporis permutationis hec fiat: rationem vitiosam vitiose committit: eo quod huiusmodi superabundantia nec ex labore licito: nec ex usu rei proprie: nec per compensationem alterius substantie valet reduci ad equalitatem iustitie. Si vero non causa temporis: hec superabundantia accipitur vel intendatur: saltem ratio dubij siue periculi potest supplere equalitatem iustitie. Verbi gratia. Si quis rem aliquam emat pro precio minori: quam valeat tempore emptionis: vel pro equali: rem tamen perceptorus in tempore quo sperat eam plus valituram: vel etiam si quis vendat rem pro precio maiori quam valeat tempore venditionis: sperans tamen quod tantum valitura erit tempore solutionis: si verisimiliter dubitatur: vitium plus vel minus possit valere pro tempore illo: pro quo venditur vel emitur res: in talibus ratio dubij excusare potest et facere equalitatem iustitie: licet plus accipiatur quam datur: eo quod ratio huius dubij: ponit extimationem valoris in rebus ex ipsa natura rerum: que in tali tempore plus vel minus possunt valere. Unde non causa temporis tantum ibidem plus expectatur: sed propter ipsam naturam rei: que plus valet aliquando in vno tempore quam in alio: et aliquando minus. Et hoc modo ratio dubij et periculi etiam localis possunt excusare contractus aliquos: qui alias iudicarentur usurarii. Et hoc probatur per illud capitulum. Naviganti. Declaratio quoque predictorum: per exempla magis patebit. Nonamus igitur quod aliquis post augmentum multum de blado vel de vino habeat venalia: et pro illo tempore mensura bladi tres solidos tantum valeat: et modius vini decem. Et vendat bladum pro quattuor solidis: et vinum pro duodecim: recepturus tamen pecuniam in festo Joannis

nis: quia nec volebat dare pro minori precio etiam si statim reciperet: eo quod rem suam extimabatur tantum valituram probabiliter in predicto tempore solutionis: dico quod non committit usuram: licet plus accipiat in spe quam det tempore venditionis: quia illud non accipit causa temporis: sed pro natura rei quam probabiliter et verisimiliter dubitari potest tantum valituram in tempore pro quo vendit: etiam si non valuit tantum in tempore pro quo vendidit. Et hec ratio potest applicari ad aliquos alios contractus: etiam quando res minus emitur quam valeat tempore emptionis: recipienda tamen in alio tempore in quo verisimiliter potest dubitari: vitium plus vel minus sit valitura: quam empta sit. Sicut autem dictum est de ratione dubij in mutuo et in contractibus alijs. Ita dicendum est de ratione periculi: quia ratio periculi etiam circa sortem non tollit rationem usure in mutuo: ut probatur in capitulo Naviganti. Et huius ratio patet per predicta. In contractibus vero alijs in quibus videtur superabundare acceptum super datum potest excusare: scilicet quando ipsa ratio periculi potest recompensare huiusmodi superabundantiam. Res enim que extra periculum possidentur eiusdem speciei plus extimantur: quam eadem existentes in periculo. Et ideo ad naturam rei conuertitur recompensatio: que propter periculum extimatur plus vel minus valere. Quod ratio dubij vel piculi valeat excusare hoc vitium in conditiones personales vel reales. CAP. VII. Noniam autem videmus quasdam conditiones que secundum iura videntur excusare contractus simpliciter usurarios: sicut videtur primo per illud Deutronomij. 23. Non feneratoris fratri tuo ad usuram. Et sequitur. Sed alieno: quare videtur usura que accipit ab alienigena: et maxime qui est disparis cultus: non habere rationem culpe. Et sic videtur quod conditio persone per quam est in dispari cultu excuset usuram. Similiter secundum beatus Ambrosij. 4. questio quarta. Ab illo exigit usuram: cui merito nocere desideras: cui iure inferuntur arma iure auferuntur vitium. Ex quo patet: quod conditio que facit hostem dignum morti: excusat vitium usure. Tertia etiam conditio sumitur atque reperitur in iure ratione dotis: vel paterne promissionis. Sicut cum aliquis accipit cum vxore in dote aliquam hereditatem vel fundum vel redditus annuos pro aliqua certa summa pecunie in pignore: potest huiusmodi fructus percipere: sine diminutione dotis: quia diu ratio impignorationis manet. Et hoc habetur extra. De usuris. capitulo. salubriter. Quarta conditio potest accipi ex natura rei: scilicet quando res que accipitur in pignore est illius que accipit ipignore de iure: sed de facto detinetur violenter ab alio. tunc potest ille percipere fructus pignoris ultra sortem: eo quod vitium recipit: et non vitium alienum. Et hoc habetur in prima decretali de usuris. capitulo pluris. Quinta conditio etiam potest excusare: que dicitur interesse siue damni recompensatio: et non spes lucris: ut si quis mutuo dederit gratis: usque ad terminum aliquem determinatum: in quo indiget sua pecunia pro aliqua necessitate: et mutuum non fuerit redditum ad predictum terminum: potest mutuans repetere ultra sortem quicquid damni incurrit: propter defectum solutionis. Et hoc modo potest fideiusor repetere usuras a debitore: quod per soluit creditor: propter defectum debitoris. Et hoc confirmatur. Extra. de fideiusoribus. in duabus decretalibus. Excusatur etiam seruo usurarius: quando gratis aliquid offeratur ultra sortem: quia secundum Gregorium in registro. Et habetur prima questio quinta. Oblatio nullam culpam macula alicui ingerit: quod non ex ambicione petitio pcedit. Causa vero propter quam huiusmodi conditiones excusant usuram et quando: satis liquet et patet. si aduertatur quod in precedenti capitulo dictum est: quia scilicet nulla potest circumstantia transmutare in modum de bono in malum vel econuerso: nisi que tollit de natura sui rationem bonitatis vel malitie. Usura autem secundum quod est vitiosa contingere potest primo et per se in mutuis: et secundario in alijs contractibus. Usura autem in mutuis vitiosa

tium est. Primo quia corrumpit liberalitatem: cuius est mutuum dare gratis. Et hanc rationem vitii tollit vitiosa conditio: scilicet quando gratis aliquid ultra sortem datur vel accipitur. Corrumpit etiam usura in mutuis debitorum finem: quia accipitur spe lucris: et sine recompensatione iusta. Et etiam hanc malitiam tollit prima conditio et secunda et quinta. Prima enim est per quam ostenditur solus deus esse dominus omnium rerum: et omnia esse data ad cultum dei promouendum. Et ideo virtute fidei tollitur in illo casu malitia usure: quia tunc non fit spe lucris. Similiter in secundo fit zelo iustitie et charitatis: que quantum potest inimicos fidei: scilicet tyrannos et hereticos conatur destruere: etiam eodem iure quando non potest aliter res ipsorum quam per usuram requirere. In quinto vero patet ratio iustitie. quia non spe lucris accipitur: sed pro recompensatione damni. Et ideo illa superabundantia iuste acquiritur. Contingit etiam aliquando usuram accipere in alijs contractibus in quibus aliquid petitur plus quam detur sine causa. Et hoc etiam excusari potest omnibus modis. predictis et duobus etiam alijs. Et hoc potest contingere quando illud quod ultra sortem recipitur fit suum iure nature: sicut fructus pignorum pro dote vxoris: vel pro provisione filiorum. Vel potest fieri suum iure equitatis: sicut res ipsa que impignoratur: quoniam secundum equitatem erat illius qui fructus percipit. Hec dicta sufficiunt de conditionibus excusantibus a vitio usure: quod et quot sunt: et quoniam valeat excusare: et quoniam non. Quomodo vitium usure incidit in contractibus venditionis et emptionis in communi. CAP. VIII. Noniam autem antiqui hostis: siue nature et humani cupiditatis: et auaritie: vitium vitium produxit: non tantum in mutuis: que luce diuine vitatis in scriptura sacra: manifeste condemnata eradicator: sed etiam in alijs contractibus diffudit in quibus sub specie equitatis et iustitie humane quasi abscondita fenerator: idcirco in hac parte querentes detegere hanc malitiam de his contractibus: in quibus later: dicemus. Primo autem videmus quod a principio dictum est: quod usura est: quicquid preter sortem accidit: siue iusto titulo: siue sit in mutuis: siue in contractibus alijs. Quod autem tantum causa temporis accidit in contractibus sicut in mutuis: sorti accidit sine iusto titulo: quia ipse facit suum per fraudem: scilicet vendendo tempus: quod dei est: et datum communiter omnibus. Et non potest habere titulum successionis naturalis: seu gratuite donationis: seu iusti lucris per meritum liciti vel proprii laboris: vel per recompensationem rei proprie: vel vitium proprie rei. Et hinc est: quod omnis contractus in quo aliquid plus accipitur: quam detur siue in spe siue in re: et hoc tantum propter causam temporis vocatur contractus usurarius. Et hoc est quod dicitur in illis decretalibus. Extra. de usuris. In ciuitate. Et consilium. Aduertendum est autem proprie dicitur hic sortis: et quod sit accidens sortis. Sortis enim in scriptura sacra duobus modis accipitur. Uno modo pro signo dato: per quod distinguantur res confuse ab inuicem: secundum illud proverborum decimo octauo. Contradictiones comprimunt sortis. Et iterum proverbio. 16. Sortes mittuntur in sinum sed a domino temperatur. Et illud Actuum primo. Lecti sunt sortis super Athathiam. Alio modo accipitur sortis pro officio vel re propria iuste possessa vel debita in diuisione aliquarum personarum vel possessionum: sicut vocantur sortis filiorum israel: iuste portiones distincte cuiuslibet tribui vel persone assignate. Et hoc modo accipitur etiam hic pro se iuste possessa vel debita alicui persone. Et hoc autem dicitur sorti accidere quod non pertinet ad proprietatem sortis. Ex quo patet: quod vitium proprium rei alicuius et fructus eiusdem non accidunt sorti: quia qui habet proprietatem in aliqua re siue possessione: habet et vitium et fructum illius de iure. Et ideo qui emit agrum vel equum: ut plus percipiat in fructibus ratione fructuum et ratione vitium equi quem emit: nihil accipit plus quam accidat sorti: quia totum est de sorte. fructus et vitium. Et est etiam



secundo aduertendum qd fructus z vsus reruz possunt au-
geri z minui in precio secundum diuersitatem temporum.
Et hoc potest accidere ipfis rebus tripliciter sine eo qd tem-
pus sit causa per se. Uno modo quando no fuerit ratio hu-
iusmodi augmenti in vsu rei. Alio modo propter ipsarum
rerum paucitatem z abundantiam. Res enim que per vsuz
suum minuitur secundum tempus naturaliter consumit-
ur: z sunt pauciores: quoniam magis elongantur a sua ori-
gine: sicut bladum naturaliter magis abundat in autumno
qz in vere. Alio modo hoc accidit ex ipsarum rerum natu-
ra: que secundum tempus recipiunt incrementum valo-
ris: vt apparet in fatis siluis z animalibus. Tertio modo ex
natura rei relata ad loci conditionem. Est ergo generaliter
tenendum qd in omnibus contractibus: in quibus accipi-
tur plus a vendente vel emente qd dederit: z non fuerit ra-
tio huiusmodi augmenti in vsu rei: sive in natura ipse rei:
nec producta fuerit ex temporis aliqua conditione exite-
re in ipfis rebus: sicut apparet in tribus modis predictis:
sed accideat incrementum ex dilatione temporis concessa a
vendente vel emente: vt per hoc plus accipiat: tunc talis
superabundantia accepta super datum vsura dicitur: z vsu-
re tenet vitium: quia sine iusta ratione generatur in talibus
contractibus z mutuis. Et hoc vocatur apud iuris peritos:
z etiam vulgari ter vendere vel emere ad credentiam. Si
autem accipiat plus qd datur simpliciter propter extima-
tionem vendentis vel ementis ampliozem in vno tempore
qz in alio: propter aliquam trium causarum predictarum:
vel etiam propter dilationem rei in vno tempore qz in alio:
tunc potest fieri sine vitio vsure: quia superabundantia
huiusmodi recompenatur ex ampliori valore rei in se pro
tempore pro quo accipitur huiusmodi superabundantia:
z non accipitur pro temporis dilatione. Est tamen ad-
uertendum qd in his contractibus licet excusari possint a
vitio vsure secundum rationem dictam: tamen non excu-
santur omnino a vitio cupiditatis: propter quod dicitur
in canone turpe lucrum: vt habetur. i. 4. questio. 4. caplo.
Si quis clericus. Et capitulo. Quecuqz temporum mes-
sis. Et dicitur turpe lucrum: quia ratione temporis acci-
dit sicut vsura: licet differenter. Vel turpe lucrum dicitur
ratione finis: quia tales contractus non sunt vt in pluri-
bus: propter vite humane necessitatem seu vtilitatem: sed
magis propter diuitiarum augmentationem: quam cupi-
ditas facit: que no habet finem: quia auarus non impletur
pecunia. Et ideo rationem vitij habent. Si tamen huius-
modi contractus ordinentur ad vsum vite humane ex-
citantur ab omni turpitudine: sicut habetur in capitu-
lis allegatis. i. 4. questio. 4. Et per hoc etiam ostendi-
tur: qd in huiusmodi non sit vsura: quia vsura non excusa-
tur etiam quantumcumqz ordinetur ad vite necessitatem.
Ex his etiam potest patere qd non tantum ex dilatio-
ne temporis: sed ex natura rei relata ad temporis conditio-
nem potest accidere vsura. Et similiter ex natura rei relata
ad loci conditionem. Quando alique res dantur mutuo
sive pecunia equales reddende in specie z numero pon-
dere z mensura. Et tamen quia mutuanus sperat eandem
rem numero plus valituram in tempore determinato quo
debet reddi: vel in loco: z propter hoc ipse mutuanus red-
dendam ad tale tempus vel talem locum: vt in tempore de-
terminato vel indeterminato loco sibi reddat. Vico qd ibi
manifeste est vitium vsure. Quia plus speratur ex mutuo
vel causa mutui qd datur. Et eadem ratione potest incide-
re vitium vsure in alijs contractibus in quibus plus ac-
cipitur qd datur: simili ratione. vt verbi gratia. Si quis bla-
dum vel vinum vendiderit vel emerit in aliquo tempore
vt plus accipiat in alio qd dederit tantum ratione tempo-
ris vel loci: licet etiam in hoc qd tunc in iste estimari pot res vales-
ant: tamen propter intentionem vsurariam sit vitium vsure.
Quod tamen poterat fieri bene: si tantum rei natura atten-
dere tur: z non temporis vel loci causa que nullo mo sunt
aliquid de re. Et ideo nec vilitatem: neqz caritatem faci-
unt in rebus per se. Et dicitur licet qd in eodem contractu
secundum speciem potest incidere vitium vsure ex intentio-
ne corrupta: z vitium auaritie sine vitio vsure ex turpitudine

lucris. Et alias etiam potest fieri sine omni vitio: quando fit
propter necessitates vite. Ex dictis etia dissoluitur dubi-
tatio que a quibusdam mouetur. Vtruz. s. per anticipatio-
nem temporis generari possit vitium vsure: sicut per dilata-
tionem vel prolongationem: vt verbi gratia. Aliquis debet
alteri. c. solidos: perfoluedos post annos vel annuatim ad
duos vel tres terminos: z creditor vult remittere debitori
tertia vel quartam vel quintam partem si soluat ei in prin-
cipio anni sive ante terminu positos: quando petierit. Con-
stat autem qd in hoc casu plus accipitur qd datur ratione te-
poris: verbi gratia. Debitor iuste debebat centum solidos:
z propter anticipationem temporis tantum soluit octogin-
ta. Accipit ergo vltra id quod dat. s. vltra octoginta. 20.
quia creditoris erant illi. 20. z sunt facti debitoris ratione
temporis anticipati. Ratione ergo regule date de causa vi-
tij in vsura: que est quando plus accipitur qd datur causa
temporis: videtur qd huiusmodi casus sit vsurarius. Et sic
hic potest cadere excusatio vsure dupliciter. Vno modo:
quando gratis z liberaliter creditor huiusmodi superabun-
dantiam tribuit debitori: z debitor non causa temporis ac-
cipit. Alio modo quando debitor per damnum propter rei
recopensat huiusmodi superabundantiam: vt quando non
potest habere pecuniam sine alicuius rei proprie alienatio-
ne z damno: ex qua soluat creditori qd petit ante terminu
solutionis: alius est casus vsurarius. Specialis autem
difficultas videtur in contractibus illis in quibz res emi-
tur vel venditur: que ex temporis processu recipiunt in-
crementum valoris vel vtilitatis: sicut sunt sata: fetus ani-
malium: fructus arborum: spolia filiarum: quia enim hu-
iusmodi res venduntur z emuntur vt frequenter ante te-
pus sue vtilitatis vel vsus z minus emuntur qd sint valiu-
re in tempore sue receptionis z vsus. Questio est non im-
merito: vtrum plus accipere pro eis vel sperare pro tem-
pore sue receptionis faciat vsurarium contractum. Quia
quidam determinantes distinguunt: quia aut emens: ex
tempore emptionis iam habens dominium talis rei qua-
liscumqz sit recipit periculum supra se: aut periculum rema-
net in forte vendentis. Si primo modo: volunt contractum
esse licitum propter periculum: sicut locans rem suam: z aliqd
vltra recipiens excusat propter hoc: quia periculum re-
manet in locante: vt habet. distin. 88. Emens. Si vero se-
cundo modo: tunc condemnant contractum. Sed si rei
veritas attendatur: huiusmodi distinctio hic non habet lo-
cum. Si enim locans accipit aliquid vltra rem locatam:
hoc habet rationem equitatis: quia illud recompenfat per
vsum rei locate qui est proprietate locantis z pertinet ad
eius sortem: id est ad rem locatam: cuius proprietate sim-
pliciter manet apud locantem. Sed quando quis vendit rem
aliquam: non vsum tui ipsius: sed proprietatem eius: con-
stat qd transfert de iure periculum rei in ementem. Quan-
do ergo sic vendens res huiusmodi tenet periculum penes
se iam sic non transfertur dominium: z ideo non est per-
mutatio venditionis iuste: sed constat qd emens iam trans-
tulit dominium pecunie qua dedit: quare magis habet ra-
tionem mutui. Et si plus speratur propter tempus futurum
determinatum: qd sit datum: sequit qd sit vitium vsure. Et
ideo sine preiudicio alii mihi videtur esse distinguendum
in predictis contractibus: z precipue: quia videmus no de
facili iminere periculum rei in venditione spoliolorum sine ne-
morum: sicut in alijs. Dicitur t. n. huiusmodi res emi vel
tanqz necessitate ad vsum vite ementium: vel causa luci-
tati. Si primo modo: nullu est vitium: quia plus valitute
sunt pbabiliter tempore sue receptionis: dum tui estimatio ius-
ta sit facta tempore actus: que est fm lege z nature: z et pte
dinem humanam in hoc qd tui iuste estimari pot res vales-
mane qz tui nequius est eius vsus: z hoc vel simpli: vel p tpe
aliquo determinato. Et qz simpli apud sapientes plus esti-
mat res pfecta qz imperfecta: z p tpe determinato estimat
res qz vdi pot inter hoies: z ideo licet tales res nunqz ve-
dantur imperfecite qz sint valitute perfecte: non videtur
mihi qd aliquis preter sortem amplius accipiat: quia sortem
vendita est ipsius ementis: cum incremento sue valitudi-

nis atqz vtilitatis. Si autem secundo modo. i. causa lucri
fiant hz contractus: potest adhuc in eis tui turpe lucrum
inducari: causa cupiditatis: que oritur ex conditione tem-
poris: sicut supradictum est de alijs. Et potest iterum in eis
incidere vitium. Et hoc quando hz lucrus queritur tui ex
tempore: z periculum tollitur: vel verisimiliter dubitari non
potest de periculo. vtrum magis minusue ratione tempo-
ris res possint valere. Nec in tui dicta sint vnuerfaliter circa
naz contractus: in qbz videt posse aliquid vsure vitium incidere.
Quomodo in emptione reddidum ad vitam incidat vi-
tium vsure. CAP. IX.
Tonia autem in precedenti capitulo. de equi-
tate z iustitia contractum simpliciter: fm pro-
positu nostrum discussum est. Nunc post hec
videtur iustum de contractibus ad tepus sa-
ctis: z no simpliciter discutiedu. Et circa hoc
inuestigatio duplex est perutilis. Primo vtru emere aliqd
bona vt redditus vel possessiones ad vitas: que est tepus
indeterminatu: liceat. Secdo vtru emere aliqua victio-
ru z ad tepus determinatu. vbi gratia. ad. io. annos: vel ad
20. sit licitu: que duo frequenter sunt. inter hoies nisi tepoz.
Circa primu aduertenda sunt dicta quorundam: z ratio-
nes ipsorum: qui hz contractum condemnant tanqz vsura-
rium. In pmissis autem fatemur nos nullqz legis auctorita-
tem: nec audiuisse: seu in canone: seu in epistolis extraua-
gantibus: seu in corpore legis: pro hac opinione facientes
aliquid. Sed in scriptis quorundam magistrorum vidimus
que subiungemus. Et circa hoc ratione quantum poterim-
us dicta confirmare conabimur. Boffredus siquidem
magne auctis in iure canonico summa facies sup titulos
decretalium: ita dicit in titulo de vsura. ca. 10. q. nauigati. Vbi
expresse dicit: qd dare certaz pecuniam: sine summa pecu-
nie alicui ecclesie pro aliquibus possessionibus tenen-
dis ad vitam dantis pecuniam: post mortem tenentis redi-
turis ad ipsam ecclesiam est vsurarius contractus. Et hz
causam reddit dicens: qd datus habet spem viuendi vltra
id tempus: quo receperit de prouentibus totaz sortez qua
dederat: z vltra. Sola autem spes facit vsurarium. hec est
ratio dicti magistri: z sententia eius. Hoc etiam quidam
alius doctor theologus asserens pro sententia addit ratio-
nes. pmo ostendens qd hz contractus non potest excusari:
per ratione dubij vel periculum: qd non est alterius rationis
contractus in quo aliqd dat. c. lib. vt annuatim recipiat. io.
qz diu vixerit: z speret se vlturuz ad. xi. annos z vltra: vel
vt in. xi. anno recipiat simul. c. z. io. lib. addita etiaz condi-
tione: qd si ante moriatur: qd nihil accipiat de tota summa.
Constat autem in hoc secundo contractu esse vitium vsure:
nec tollitur propter rationem dubij vel periculum: sicut pba-
tur per illud caplm. Nauiganti. Quare similiter in primo
contractu erit vitium vsure: nec tollitur ratione dubij: cuz
semper sit tui spes accipiendi plus. Per hanc ronez vult
idem doctor: qd tam vendens qz emens peccent vitio vsure:
qd fm hanc rationem: sicut emens accipit in spe plus qd de-
derat: sic z vendens: quia sperat: vel saltu optat cito finem
ementis. Et si acciderit in pmo anno eum mori vel scdo.
constat qd plus accepit qz dederit. Hoc autem vitium in ve-
dente nullus quide quem audierim verbo: vel scripto vi-
derim vsqz ad vsuram extendit. Idem etia doctor theo-
logus opinione hz. q. sententiaz confirmare videtur: ex pbi
dictis: qui in duobus locis. v3. io. ethicoz. z in pmo polli-
tice loquit de ratione numismatis ostendens qd inuentio
numismatis facta est translationis gratia: hoc est vt per
ipsum alie res que necessarie sunt ad vitam hominis tras-
ferantur. Et ideo quando fit numismatis translatio ad alte-
rum: vt se ipsum augeat. z multiplicet: sit thokos. i. vitium
vsure. vt apparet ex dictis pbi. quare cuz in emptione red-
ditum ad vitam fiat translatio pecunie: ad hoc vt seipsum
multiplicet: videtur temp z naturaliter esse vitium vsure.
Cp. ex lege diuina videtur hec sententia dato Leui. 24.
vbi dicitur. quando vendes quippiam cui tu tuo vel emes
ab eo: non contristes proximum tuum: sed iuxta numeruz
annorum iabilet emes ab eo qd iuxta susceptione fructuuz
vendet tui. Hoc autem exponens. glosa ibide. sic loquit:

quando vendes zc. Sic fm litteram moraliter informat:
vt in contractibus proximus copiamur: ne quis nimiu
molestus: de pauperum necessitatibus negocietur: ne stu-
deat possessiones aliorum acquirere: sed indigentibus co-
modare: z comodata paulatim ex fructibus agrorum reci-
pere. Ex hac auctoritate z glosa videtur: qd quando quis
emit possessiones proximi sui percepta forte ex prouentibus
fructuum: non liceat ementi aliquid vltra recipere: s3
omnis emens ad vitam possessiones vel redditus sperat
vltra sortem datam aliquid accipere: z recipit si vltra
tra fm qd sperat. ergo illicitus est contractus: etiam fm le-
gem diuinam. Hoc idem videtur. per ea que dicta sunt
de causa vsure: quia in talibus contractibus semper ali-
quid speratur vel accipitur vltra qd datur causa solius te-
poris: sed hec causa facit contractum vsurarium. Citoz
autem z tantoz viroz sententiam non audentes falsam
asserere: cum tantorum z multorum antiquorum z modernorum
dissimilatione contraria sententia teneatur: videtur
congruuz etiam ratione circa hanc questionem discutere
veritate: quantum nostre deus dederit paruitati. Scie-
dum autem in primis: qd cuiusdam famosi doctoris iniu-
re vidimus sententiam: qui hz contractum condemnabat:
non tanqz vsurarium: sed tanqz vitiosum propter circumsta-
tiam peccati annexam. s. in vendente: quia vendens opta-
bat mortem emptoris. Sed z si hoc malum sit: non tui
est ex natura contractus: sed accidit ab extra. Et ideo pro-
pter hoc no debet condemnari contractus: vnde fm predi-
ctum doctorem si fieret hz contractus ad vitam vendenti:
no essent mali. Inuestigando ergo quid i iustitie pos-
sit in ee hz contractibus: z vtrum licite fieri possint. z quo
contradictio rones soluant. Dicimus primo: qd qui dms
est alicuius rei: dms est z vsus eiusdem rei. Dicimus et scdo:
qd dms verus alicuius rei: pot eam tras ferre in alteruz
gratis: vel etia pro precio: z pro commutatione alterius rei.
Dicimus insup 3o qd dms pot tras ferre vsum z fructum
proprie rei. Dicimus et quarto: qd verus dms rei: sicut po-
test dare vel vendere proprietate rei: vel vsum seu fructus
alicuius possessionis simpliciter: quantum ad omne tem-
pus: sic potest dare vel vedere quantum ad tempus deter-
minatum: vel particulare. Via ista probant p veram ronez
dominii. Est et animaduertendum: qd in mutuo penfari
debet tui rei suba: z valor eius: fm ratione sube: z no h3 ra-
tionem vsus rei: vel fructus eo qd gratis fieri debet fm ra-
tionem mutui. Et ideo nihil vltra valore rei sperare debet
mutuanus ex vsu rei mutuate: quia ratione substantie trans-
fertur mutuum: z non ratione vsus. Alias est autem in ac-
comodatis ad vsum. Substantia enim rei in se non reci-
pit magis z minus. Sed in contractu venditionis z em-
ptionis pensat no tui substantia rei: sed etiam eius fructus
z vsus. Sed ex fructu rerum: z vsu ipsarum: accidit qd va-
lor ipsarum naturaliter inter homines auget z minuitur.
quare de natura hz contractus: potest quis sperare vltra id
qd dat: vel etia timere ne minus accipiat qd dederit. Et lo-
mercatores sperare possunt lucrū ex mercato: qd no pos-
sunt dates mutuo. Aduertendu est etia qd sicut pbs die
z pertractat in sua polittica in primo: omnis reru commuta-
tio inter homines fit propter necessitate vite humane. Et io
requirit: qd commensuratio ipsaru fieri debeat in magis z mi-
nus habere in valore: fm qd magis z minus habet de vtili-
tate z necessitate ad vitas humanam. Clarat aut h3 vtilitas
multipliciter in magis z minus. Vno mo ex tepore. Alio mo
ex loco. Alio modo ex personarum conditione. Alio modo
ex ipsarum reru natura. Quia ergo in venditione trans-
fertur rei suba cum vsu eius vel simpliciter: vel ad tempus.
Et quando simpliciter: constat qd plus recepturus sit emes
sine culpa: propterea quia vtilitas rei z fructus eius trans-
lata sunt quantum ad omne tempus cum rei substantia.
Quando autem in venditione transfertur tui rei substan-
tia: cum vtilitate eius ad aliqd tempus: z non simpliciter:
non est iustum fm rei naturam: qd tanti res estimetur cu-
ius rei substantia ad tempus possidet: sicut illa que tempus
possidet: quia no sequitur ex ea rata vtilitas humane vite
possideticiam si plus accipiat: vel speretur accipi: qd

datum sit: non sequitur aliqua iniustitia: et precipue quando emens habet intentione emendi pro necessitate et utilitate vite: et non ad lucrum vel augmentum pecunie: quod etiam in emptionibus alijs facit peccatum secundum philosophum. Tendentes autem ut in pluribus semper attendunt aliquam utilitatem: vel domus sue: vel ecclesie: vel civitatis: et non causa lucri hoc faciunt. Quare magis excusantur. Dicitur etiam 5o quod eo iure quo quis recipit aliquid plus ultra quam dederit in possessionibus emptis simpliciter: eo iure recipit aliquid plus quam dedit in possessionibus emptis vel redditibus ad vitam: quod totum est de sorte: quicquid plus accipit: eo quod substantiam rei cum usu et fructu eius emittit: sicut et ille qui ad omne tempus emit. Sed dubium est adhuc: secundum hanc sententiam: utrum vendens et tunc possit substatiam quas accepit: quando nihil aut parum emens superavit post emptionem. Cuius determinatio est: quare ratione dubij et periculij: quod erat de natura huius contractus sit suum. Et hec ratio excusat in contractibus quandoque de natura ipsorum: quod non facit in mutuis: quod ibi accidit ex alio: quod ex ratione mutui. Quando enim de natura contractus incidit periculum vel dubium equaliter: tam ex parte vendentis quam ementis tunc etiam iuste ferretur res que emittitur vel venditur minoris estimationis in valore: quam si periculum vel dubium non incidere de natura contractus. Et ideo de natura sui iustus est contractus: cum ex utraque parte verisimiliter dubium sit: utrum minus magisve recipiant vel recepturi sint. Si enim equus homo emat: et c. lib. pro eo soluit: constat quod si eadem hora post solutionem equus moriatur: nihilominus vendens c. lib. iuste detinet: quamvis nihil utilitatis emptor consecutus fuerit: eo quod rem suam iuste transfulerit in ipsius ementem. Similiter ille qui possessiones vendit ad tempus indeterminate: cuius determinatio pendet a natura: et non ab homine: et tempus determinat preter hominis intentionem: quantum est de iure rem suam transfudit: et translatio iam ad ipsius redit: ex natura contractus. Cuius considerandum est: quod in huius venditionibus et emptionibus ad vitam: que libera voluntas vendentis et ementis de natura contractus inveniuntur: et maxime quando divites vendunt: et pauperes emunt: quod est frequentius de natura contractus: quod uterque talia facit pro utilitate sua propria. Neque enim dives cogitur vendere: neque pauper emere: neque etiam pauper tenetur gratis dare aliquid diviti: vel mutare. neque dives tali pauperi tenetur de suo aliquid dare: quare et omnis translatio facta libera voluntate dicitur iuste fit. Et hec ratio sequitur: quod quicquid emens vel vendens amplius accipiat: quam dedit: iuste accipit: et ut sui facti libera voluntate dicitur. Sed in mutuis non potest ista iniustitia inveniri: quod aliquid amplius accipit in lucro ex mutuo. Nam accipiens mutui libera voluntate accipit: sicut et is qui mutuum dat: sicut accipiens mutuum non libera voluntate amplius permittit: vel dat: sicut quasi coactus: ex peruersitate mutui dantis: qui quod gratis tenetur facere: non vult sine spe lucri facere. Et ideo non potest fieri illud amplius: et qui accipit eodem iure quo mutuum quod sibi reddit: nec aliquo iusto titulo. Et per dictis inferuntur: quod tunc propter iustam estimationem reus in tempore contractus: quod tunc res extimat iuste: quantum ad utilitatem possidentis referuntur: et tunc iuste valet: quantum sine fraude vendi potest. Tunc etiam propter periculum equaliter annexum ipsi contractui per naturam eius ex parte utriusque domini. Tunc etiam propter liberam voluntatem: dicitur res transferentis cum suis proventibus: sit huius contractus de natura sui a vitio usure liber. Dicitur autem de natura sui: quod per accidens potest in ipso contractu vitium turpis lucri incidere: et etiam aliquando vitium usure. Vitium autem turpis lucri: sine ratione usure tunc in ipso incidit: quando aliquis dives sibi sufficiens ad vitam: et huius rei naturam et persone et huius statum tales redditus emit ut divitior fiat: et ut plures divitias sine iusta et pia necessitate acquirat. Et ideo turpe lucrum tunc dicitur: quod non propter finem debitum humane vite: sed propter avaritiam cuius non est finis exercetur. Vitium vero usure tunc ex huius contractu potest incidere: quando homo attenuat paupertatem: tales redditus iniustus vendit: vel possessiones sua pro necessitate cogere. Et hoc propter defectum mutui.

quod non invenit in divitiis. Et tunc etiam incidit usura: quando divites hanc proximorum necessitatem considerantes: minus iusta estimatione dant: pro possessionibus pauperum sibi acquirendis: quorum necessitates si possunt sine dano ex charitate fraternali tenentur relevare per mutuum. Et in hoc casu loquitur lex Moysi. Leviticus 25. sicut apparet ex tertio. et Glossa inducta que dicit. Necessitati proximorum compatendum. Et ne quis de necessitatibus pauperum negocietur: sed indigentibus commodare: et commoda paulatim de fructibus agrorum recipere. Et hec ratio patet quod in tali casu venditio propter defectum mutui: et emptio: sit quasi loco mutuacionis: et etiam quod extimatio ementis: est minus iusta: propter necessitatem vendentis. Et ideo id quod plus accipit emens: quam dedit: non habet iustum titulum possessionis. Unde in hac consideratione non tamen in emptionibus ad vitam: incidere potest vitium usure: sed etiam in emptionibus simpliciter: quantum ad omne tempus. Est ergo vitium usure: quod quandoque aliquis quis emit aliquam possessionem: siue ad tempus: siue simpliciter: causa lucri: quod tamen expectatur ex ipsa tamen modo ratione temporis: et non ex natura rei posse: in tali contractu est vitium. Et hoc lucrum dicitur turpe in iure. Si vero emat huius possessio: causa lucri: et fuerit minus iusta estimatione: propter indigentiam vendentis: si fuerit iustum ex charitate fraternali dari mutuum: primo pauperi: et ad summam paupertatem deventi: huius vitium antiqua precipiebat: tunc huius lucrum: ex emptione: vitium usure habet: per equipollentiam mutuacionis: quod ibi plus accipitur quam datur: sine iusto titulo possidendi rem. Cuius vero aliquid re alteri emat non causa lucri: sed propter necessitatem seu utilitatem vite sue: et si plus accipiat processu temporis quam dedit tempore contractus: cum hoc accipiat ex natura contractus: per se: et per accidens ratione temporis: nullum credo fore vitium. Quomodo autem facti faciamus dictis et rationibus aduersariis: exponamus nunc dicentes primo quod dictum Bonfredi nulla auctoritate canonis confirmat. Secundo quod exemplum eius tunc veritate habere dicitur: quando ecclesia aliqua necessitate impulsam cogit impignozare possessiones suas: quas non potest nec vult simpliciter alienare: tunc enim non est venditio proprie: sed impignozatio: quod qui non potest rem: vel possessionem aliquam vendere simpliciter: nec potest vendere eo iure ad tempus. Constat enim quod licet quedam ecclesie multa possideant: tamen alienare eas possidendi non possunt sine auctoritate et consensu superioris prelati: nec simpliciter: nec ad tempus. Et ideo huius venditiones ecclesiarum sunt impignozationes: propter quod secundum hanc viam usurarius est huius contractus: quod fructus pignorum non licet recipere ultra sortem: eo quod non sunt de natura sortis. Et ratio vero dicitur magistri: de spe vendendi tamen quod amplius recipiat quam dedit. Dicendum quod huius spes vel receptio amplioris: non facit vitium usure: nisi quod illud quod speratur vel recipitur amplius sortis accidit: et non est de natura sortis. Aliter enim omnis emens agros vel animalia: ut plures recipiat in proventibus processu temporis: vel in ipsius rebus venditis in alio tempore: esset usurarius quod est absurdum dicere: quod sic omnis mercator esset usurarius. Sed in venditionibus iustis: quando aliquis dominus transfert divitiam suam vel cum usu eius et fructu simpliciter: siue ad tempus: constat quod omnis proventus rei vendite: est de natura sortis: et non accis sortis: quare talis spes vel amplior acceptio: non facit contractum usurarium: et hoc dico salva reverentia tanti magistri. Et ad id quod adducitur ab alio doctore theologo videtur nobis respondendum: quod est dubium duplex. Excusans: et dubium non excusans. Dubium enim tunc excusans: quando tollit inequalitatem: et iustam estimationem danti et accepti facit quantum ad rerum commutatam naturam et usum. Verbi gratia: quando aliquis emit. io. annuatim pro. c. quos statim soluit ad vitam suam vel alterius accipiendos. Et considerata utilitate cuiuslibet respectu possidentis: dubitatur verisimiliter que sit maior minorve: propter indeterminationem temporis. Et ideo sit extimatio equalis: propter dubium. Et hec ratio patet: quod ratio dubij facit iustitiam estimationis. Et ideo quicquid plus ultra datur vel accipitur: siue ab emente siue a vendente: tanquam de propria sorte recipitur. Dubium vero quod tamen respectu lucri vel damni potest incidere ex determinato tempore: illud non potest excusare: quod ex debito dubio non innascitur aliquid iusta estimatione: quod sperat aliquid plus proventurum gratia temporis determinati tamen: quod non valet facere iustam recopensationem. Et ideo patet: quomodo extra posita: non sunt eiusdem rationis. Nam in eo qui sperat. c. io. simul se accipitur in. xl. anno. iaz gratia temporis determinati tantum: sit recopensatio inequalitatis: sic facit usurarium contractum. Sed in alio qui non sperat se plus accepturum: nisi in tempore indeterminato et ex re empti iuste secundum naturam: tunc ut ostensum est: nihil accipit ultra sortem: sed totum speratur ut suum: et de sorte sua non factum suum propter rationem temporis: sed propter naturam contractus. Illud etiam quod secundo adducit pro confirmatione huius opinionis de dictis philosophis: sic dissolvendum est. primo quod intentio philosophi: ut apparet ex dictis suis: est: quod numeris inveniuntur est causa translationis aliarum rerum: quarum usus vite humane est necessarius. Et ideo quicquid aliquid vitis translatione numeris: sit abusus numeris: et inhonestus contractus: et vocatur thokos id est pars dei. Hinc constat mihi quod huius contractus de quo est sermo non est thokos. Primo quod si redditus pecunie emantur ad vitam: tamen ex natura contractus non habet. Et hoc emantur ut pecunia pecunie addatur: sed ut de ipsa pecunia empti res necessarie vite humane emantur. Et hic finis tradidit finis: propter quem sit thokos. Et alia etiam ratione adhuc purgat a vitio thokos: quod ut in pluribus in hoc contractu non pecunia numerata: sed ipse res emittitur: que vel per fructus suos referuntur ad hominis usum ut ager et possessiones alie: vel per se ipsas ut triticus: vinum oleum et huius. Thokos autem est ut dicit philosophus numeris numeris. Tertia ratio etiam: quod thokos non sit in huius contractu: ex hoc accipit: quod tunc secundum philosophum thokos est quando acquiruntur pecunia per pecuniam ad similitudinem generantium familia sibi. Constat autem quod quando familia ex similibus generant ad multiplicationem: quod generantia salvantur: et non corrumpuntur in generationibus suis: sed qui datur. c. lib. ut habeat decem annuatim: quod diu vixerit. constat quod non est ibi ratio generationis: eo quod non manent. c. lib. vel in potestate vel dominio dantis: cum sua genitura: sed penitus sunt translate ab ipso: nec manent etiam in iure res petendi: sicut fit in thokos: quare magis debet vocari huius contractus transmutatio rei pro re: quam generatio alicuius rei ex re. Et hec apparet: quod ratio de thokos nihil est ad propositum in huius contractibus. Et ad id vero quod de lege divina contra huius contractum propositum fuit. Dicendum est primo quod lex illa secundum litteram intellecta dicitur divina: sed tamen est temporalis: sicut et alie leges multe: que tamen secundum litteram sententiam in figura date sunt illi populo. Et ideo sicut observantia tubilei: non manet in populo christiano: ita et leges que propter tubileum date erant: quarum una erat lex adducta: sicut apparet ex textu. Et iterum si consideretur id quod morale est in lege ista: quod exponit glossa inducta inveniuntur nihil facere contra naturam horum contractuum: sed tamen modo contra peruersas intentiones divinum ementium: qui secundum quod dicit glossa. molesti de pauperum necessitatibus negociantur: et student possessiones aliorum acquirere: quando tenent ex fraternali charitate eis indigentibus commodare: et accommodata paulatim de fructibus agrorum recipere. Et sic evidenter apparet: quod hoc accidit in huius contractibus: et non est de natura contractus: in quo frequenter sine indigentia non venditur sed emunt. Et nec lex nec glossa de se inficit vitio usure huius contractum: per naturam: sed tamen per accidens. Et ad istum autem quod dicitur de ratione temporis patet veritas si dicta ad memoriam renovatur: quod tempus potest referri ad aliquas rerum permutaciones: ut conferens aliquid iusti valoris vel auferens. Et hoc modo: si causa temporis plus vendat vel minus: non erit huius contractus usurarius. Pluribus enim extimat et iuste mensura tritici in estate quam in autumno: ceteris paribus. hoc est quantum est de natura temporis. Et ideo si quis accipiat plus de blado vendito pro tempore estatis: quam dederit: in autumno quando bladam emit: non iudicatur usurarius:

dum tamen pro illo tempore solo velit bladam vendere: et non pro alio. Hoc modo etiam patet quod plus et iuste appretiantur. io. lib. ad omne tempus annuatim: quam ad aliquid tempus particulare. vel plus et iuste eadem ratione ad tempus equi iuvenis: quam sentis: et hoc ex natura temporis. Et tamen non iudicatur usura si quis emit. io. lib. ad omne tempus: id quod plus recipit vel speratur recipere: quam dedit: licet ex tempore illud plus sibi accidat et certitudinaliter. Quare nec similiter is qui plus recipit de eo quod ad tempus aliquid quod particulare emit: debet iudicari usurarius. Et hec est una causa: quod per naturam temporis facta est res sua cum suis proventibus: et ideo totum est de sorte propria. Et hoc est etiam in contractibus tempus considerari ut nihil conferens vel auferens de valore rei: ex natura temporis: sed tamen confiderat ut mensura durationis extrinseca: quando ergo ratione temporis sic accipit aliquid plus accipit vel sperat: quam dedit: ita patet: vitium usure vel iniustitie: quod illud plus quod ultra datur accipit: nec ex natura rei recopensat: nec gratis datur vel accipitur. Et ideo nullo iusto titulo potest fieri proprius: sed tempus est alienum. Nec intentio de emptione et venditione redditus et possessionum ad vitam dicta sunt a nobis. Rogantes uniuersos quos contingit hoc opus videre: quatenus parcat: si per ignorantiam male diximus: et corrigat: quod sine iudicio et hic et alibi semper intendimus: quod scribemus et dicimus affirmare. Cuius capituli secunda pars. Quomodo liceat emere redditus ad certum tempus.



Rest hec autem de secunda prehuius capituli. de contractibus in quibus certi redditus vel possessiones emunt ad tempus determinatum. ubi gratia. Aliquis habet redditus certos: ut ex parochia vel prebenda: vel ex patrimonio: vel aliunde. Et huius redditus vult vendere ad sex annos: vel ad decem: vel ad aliquid tempus determinatum: ut si mul habeat paratas pecuniam. Et querit utrum hec licite possint emi pro minoris precio: quam valeat in annis tot acceptis. Et videt quod sic. quod secundum iam dictum est in precedentiibus: pluris valoris extimat res aliqua presentis et collecta: quam futura et diuisa. Et iterum vendens huius redditus: tantam utilitatem aut frequenter maiorem consequitur ex tali venditione: quam ex retentione rerum. Cuius ecclesia indulget clericis cruce signatis: quod possint vendere fructus beneficiorum per triennium. Hoc autem non esset: si in huius contractibus esse vitium. Sed contra hoc est aperte: quod de usura dictum est: quod in huius contractu plus accipit: vel saltem certitudinaliter sperat ab emente: quam datur: nec periculum: nec dubium iam in hoc contractu ex natura sui accidit: quare simpliciter videt usurarius ex parte ementis. Sentimus autem tamen sine iudicio: quod in huius contractibus ex parte vendentis non incidit vitium: quantum est de natura ipsius contractus. Quantum autem ex natura temporis: potest videri quibusdam: quod ex parte ementis sit contractus usurarius: eo quod plus recepturus est: non tamen in specie: etiam in re: quam dedit: et hoc tamen ratione temporis. Quando autem minus quod est in dato respectu accepti: recopensat illi respectu superabundantie accepti ex solo tempore: tunc iudicamus contractum usurarium: eo quod huius superabundantia transfert sine iusto titulo. Et ad huius autem videt etiam ex parte ementis: iustum posse fieri contractum: et iustum esse quantum est de natura contractus. Sed potest fieri iniustus per accidens dupliciter. Uno modo quando corrumpit charitatem debitam fratri. sicut quando emens videt fratem in necessitate pro salute corporis. seu pro salute anime: propter quam necessitate oportet eum vendere redditus seu possessiones suas: tunc emens si diues fuerit: potens sine dano proximo subuenire. dico sine preiudicio: quod tenet ei mutuo dare: et loco pignorum preiudicatos redditus vel possessiones accipere: donec recuperet quod accomodauerat. Et hoc probat per legem illam leuitici 24. et glossam eius. Alio modo potest fieri iniustus contractus: ex parte ementis: propter corruptionem finis debiti: quod est ad utilitatem vite humane. Tunc de quando causa lucri: et augmentacionis diuitiarum sit: tunc est turpe lucrum: sed primo modo reducitur ad usure vitium.

C Sed de nā contractus hū in se tria : q̄ ipm̄ iustū ostēdunt. vñ est ipsa vendentis liberalitas : qua pot̄ rem suam dare gratis : vel pmutare pro re minoris precij q̄ sit sua res. Et hūc nullum incidit vitium in emente : quia id q̄d accipit totū est de voluntate libera dñi. Aliud est ipsa equitas permutationis rerū : q̄ quando res venditur pro tanto quanto extimatur iuste. siue a venditore z emente : siue ab hīs qui sunt legis positīve : tunc est iustitia in permutatione. Sed constat q̄ vendens non pot̄ plus habere pro tempore pro quo vendidit : z etiam res future per tēpora non sunt tante extimationis : sicut eedem collecte in instanti : nec tantam vtilitatem inferūt possidentib⁹ : ppter qd̄ op̄z q̄ sunt minoris extimationis hū iustitiam. Tertium est ipsa ratio fortis : q̄ plus accipit q̄ datur est de ratione fortis : eo q̄ emens totum emit qd̄ euenturum erat tēpore de terminato : z ideo nō vltra sortem ppriaz accipit. sicut nec ille qui emit redditus ad omne tempus. Nec sit rationes hō contractus iustitiam ostēdentes : per quas etiam vlti soluitur ratio contraria : que videbatur ostendere vltimum contractum : q̄ si plus accipit q̄ datur. hoc fit de natura rei pmutate. z illud plus nō est accidens fortis : sed est de ipsa sorte ementis : sicut etiam plus accipitur q̄ datur in his possessionibus que emuntur hereditarie quātuz ad oē tempus. z hec in tñ sint dicta de his que ad tempus venduntur z emuntur.

Quomodo est vitium vsure in vendētib⁹ carius : propter dilatam solutionem. **CAP. X.**

Nam iam diximus : q̄ in contractibus vitium vsure tunc incidit : quando res cariores venditur ppter tēporis dilationē tñ : q̄ extimatur in tēpore venditionis : z videmus hanc rationem fere in omnibus venditionibus fascellorum lignorum : qui per centenarios z millenarios gūaliter venduntur. idcirco non immerito circa hō contractus iustitiam est vtrum iustitia possit inueniri in hō contractibus : an simpliciter sint vsurarij. Et videtur q̄ simpliciter sint vsurarij : quia ppter tempus tantum carius venditur : vel pro tempore in quo venditur. verbi gratia. In estate vel in vere minoris vtilitatis sunt : z ideo minoris valoris : quare si tunc pars illorū pro parata pecunia datur pro minoris precij : qd̄ videtur frequenter factum : q̄ si non esset pecunia parata. ergo tñ ppter tempore dilationem reliqua pars carius venditur. sed hoc facit vsurarium contractum. ergo zc. Item hec dubitatio duplicatur quia inuenitur in dominis principalibus : qui silvas z nemora vendunt per mensuras terre. Et inuenitur etiam in mercatoribus : qui ab ipsis dominis emūt silvas per mensuras : z ex ipsis fascellos faciunt quos vltius vendunt per numerum. Cuius ergo propter credentiam quam faciunt vsqz ad tempus : vendunt carius ligna q̄ valeant tempore venditionis. Si ergo ea que venduntur siue tunc siue ad mensurā tempus a mercatoribus : in tempore venditionis sint minoris extimationis hū iustitie equitatem q̄ vendant : z vltra iustam extimationem iniuste aliquid accipiant pro credentia ad tēpus futurū : videtur sine omni excusatione esse contractus vsurarius : qd̄ potest probari extra eodem capitulo. (Consultat) Ubi expresse dicitur contractus vsurarius : quando aliquis merces suas longe maiori p̄cio distrahit : si ad solutionē prolixo tēporis dilatio prorogata : q̄ si in cōtinētī precij persoluat : z q̄ eo z que taliter sunt accepta : cōpellendi sunt ad restitutionē. Sed contra hoc est consuetudo generalis : q̄ videt z tolerat ab ecclesia. Cetera hū iustitiam vnaqueqz res pluri debet esse precij z extimationis : z in tēpore z pro tempore vsus ipsius : q̄ in alio tēpore in quo nō est ita cōueniens z necessarius vsus eius : sed vendentes silvas : z fascellos : z hō vendunt persoluentia in tempore quo est ipsorum vsus cōuenientior : q̄ sit in tempore venditionis ipsorum. Quare carius pnt extimari z vendi : q̄ valeant pro tempore venditionis. Et per hanc rōnem credo sine p̄iudicio : posse excusari hūi smodi contractus a vitio vsure. Et maxime quando ipsius rei est dubium : res hō plus minusue valituras tempore solutionis. Et hoc pbat extra eodem ca. (In ciuitate.) Non ergo

